

Am 20. Sept. 1711



1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30



DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**OFFICIO MARI-  
TI ERGA SUAM  
UXOREM,**

Von  
Der Pflicht und Schuldigkeit eines  
Ehe-Mannes gegen seine  
Ehe-Frau/

Quam

AUTORITATE SUPERIORUM  
PRO LICENTIA  
**GRADUM DOCTORIS**  
in utroque Jure consequendi

publico Eruditorum Examine submittit.

H. L. Q. C.

**JOHANNES CHRISTIANUS Königle/**  
Ossatiensis.

---

LIPSIÆ, Recusa 1710.



DISPUTATIO IN AUCTORITATE IURIDICA

DE

OFFICIO MARI-  
TI ERGA SUAM  
UXOREM.

Dr. phil. med. et chirurg. pract. habil.

Dr. med. et pharm. habil.

Dr. med.

AUTORITATE SUPERIORUM

PRO LIBERTIA

GRADUM DOCTORIS

in iure hinc consequendi

JOHANNES CHRISTIANUS ROEGER



B. C. D.



Impetrata ab illustri J.Ctorum Ordine  
licentia publice habendi Disputatio-  
nem inauguralem pro consequen-  
dis summos in utroque jure hono-  
res, obrulit se se mihi materia matri-  
monialis officium maritale concer-  
nens. Licet autem ea nimis trita  
esse adeoque nihil novitatis habere  
videatur: Spero tamen, me illam ita pertractasse, ut si non  
omnibus, attamen quibusdam propter perspicuitatem pla-  
cere possit. Illa ipsa vero Disputatio absolvitur tribus ca-  
pitibus, quorum primum exhibet nobis, præmissa definitio-  
ne tam nominali, quam reali, officii Maritalis fundamen-  
tum: Secundum proponit Subjectum hujus officii Activum  
& passivum; Et tertium denique considerat ipsum officium,  
in quo illud consistat. Sit itaque initium in nomine Dei  
nostri, qui hæcenus studiis nostris clementer bene dixit.

C A P. I.

§. I.

IN consuetudinem ferme abiit, quod illi, qui certam Juris  
materiam pertracte volunt, vocabulorum explicationem  
præmittant, ne si eam neglexerint, in tota illa materia co-  
escire videantur, prout ita loquitur *HAHN ad W. tit. de J. 15*

A 2

J. n. 14.

7. n. 14. Cui consuetudine nec me subducere vellem, nisi  
scirem, quod nomina, quæ rubrum Disputationis meæ ex-  
hibet, vel dupundio satis essent cognita. De voce officii  
hoc saltem adduco, quod in iure nostro diversimode acci-  
piatur. Quandoque enim idem est ac beneficium, quod  
homo homini præstare solet quomodo accipitur in l. 1. §. 4.  
ff. mand. quo sensu etiam legitur in l. 7. ff. testam. quemadmo-  
dum aper. ubi dicitur, quod nemini officium suum damno-  
sum esse debeat. Frequentius autem sumitur pro eo, ad  
quod unusquisque pro sua conditione quæ publica, quæ pri-  
vata est obstrictus. Ita ratione conditionis publicæ inve-  
nitur in diversis ff. & C. titulis, v. g. de officio Prætorum,  
Consulis, Præfecti urbi, Præfecti Vigilum, Quæstoris, Præ-  
sidis &c. ratione autem conditionis privatæ occurrit hæc si-  
gnificatio in l. 2. ff. de inoff. testam. ubi dicitur aliud testamen-  
tum contra officium pietatis a parentibus esse ordinatum,  
in quo liberi sint præteriti, aut iniique exhereditati. In eo-  
dem significatu habetur etiam in l. 7. in med. C. de Dot. prom.  
in qua lege Justinianus Imp. ait: Omnino paternum esse  
officium, dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare  
progenie. Et in hac ultima significatione accipimus etiam  
hic officium Mariti erga suam uxorem; atque sic describi-  
mus, quod nihil aliud sit, quam obligatio, quæ Maritus uxo-  
ri suæ omnia illa præstare debet, ad quæ propter nuptias rite  
contractas lege ita iubente tenetur.

§. II.

Antequam autem hoc officium, in quo scilicet illud  
consistat, penitus consideremus, non immerito solliciti e-  
rimus de fundamento ejus, siquidem parum est, de aliquo  
differere, nisi etiam sciamus, unde istud oriatur.

§. III.

Fundamentum itaque huius officii consistit in nuptiis  
præce-

precedentibus, quæ ut iustæ sint atque legitime requiruntur. Tales autem nuptiæ habentur iustæ, quando 1) contrahentes sunt habiles, 2) consensus parentum adest, & 3) nostris moribus benedictio sacerdotalis sequitur.

§. IV.

Quod primum personarum contrahentium habitudinem concernit, ea duplex esse debet, naturalis scilicet & Legalis. De habitudine naturali tenendum, quod omnes illi reputentur habiles, qui non tantum affectum conjugalem declarare possunt, sed etiam apti sunt ad concubitum. Possunt autem hunc affectum declarare, qui habent intellectum & voluntatem, siquidem consensus, qui affectum conjugalem parit semper his duobus innititur.

§. V.

Quemadmodum autem exinde sua sponte fluit, quod cum infans, furiosus, aliique intellectus atque voluntatis uel destituantur, nec conjuges fieri queant; ita ad hunc affectum conjugalem requiritur, ut ille sit 1) liber atque voluntarius, non uel coactus *l. 116. ff. de R. J. l. 14. C. de nupt. l. 21. ff. de R. N. can. unc. 36. quest. 2. cap. 14. x. de Sponsi. CARPZ. l. 2. Jpd. Eccl. d. 36.* Hinc qui vi & metu eo adactus est, ut affectum conjugalem explicuerit non tenetur postmodum illi stare, licet quoque causam metui dederit. *l. 7. §. 1. ff. quod met. caus. SCHNEBIDEW. ad tit. 7. de Nupt. p. 2. n. 25.* vel etiam iuramentum praestiterit *c. 2. x. de eo, qui dux in matr. c. 28. x. de de jurej. CARPZ. d. l. d. 28.* nisi metus per spontaneam rati- habitationem sit purgatus, *c. 21. x. de Sponsal. 2)* verus, qui ex libera voluntate proficitur. Ea propter abesse debet non tantum omnis jocus, sed etiam error. Quod tamen errorem concernit, sciendum est, quod non omnis error officiat affectui conjugali. Est enim alius substantialis, alius accidentalis. Ille est, quando quis in persona errat, & talis er-

ror impedit affectum conjugalem, quo minus effectum  
sortiri possit. *c. 29. quest. 1. HAHN. ad W. sub tit. ff. de R. N.*  
*num. 8.* Hic vero committitur circa qualitatē, quæ vel  
extrinseca est, vel intrinseca. Qualitas extrinseca respicit  
potissimum fortunam, quando v. g. quis putat, se accipere  
divitem, cum tamen pauper sit, & talis error nihil vitiat,  
*d. c. 29. quest. 1.* nisi sub hac expressa conditione affectus con-  
jugalis sit impertitus. *CARPZ. d. l. d. 22.* Id quod in tan-  
tum verum est, licet etiam alter desponsatorum postea per  
casum fortuitum jacturam bonorum passus fuerit. *D.*  
*MULLER. in Disp. de annul. pronubo t. b. 22. num. 8.* Intrinseca  
autem qualitas versatur circa pudicitiam, quando v. g. quis  
autumat se accipere personam illibatam, quæ tamen jamdu-  
dum castitati valedixit. Talis error quam maxime contra-  
riatur nostro affectui, adeo, ut sponsalia antea inita ipso jure  
sint invalida. Procedit tamen hoc maxime ratione spon-  
saliæ, propter præjudicium, quod futuro marito exinde ena-  
scitur. *CARPZ. d. l. d. 187.* quamvis dissentiat *Jus Can. in c.*  
*29. quest. 1. c. 25. x. de iure jur. modo sponsus hoc ignorave-*  
*rit, sponsam esse imprægnatam, l. 13. s. ult. ff. ad L. Jul.*  
*de adult. quam ignorantiam per juramentum probare de-*  
*bet MASCARD. de prob. Vol. 2. Concl. 881. n. 1. seqq. GAIL. 2. O.*  
*48. n. 23.* est enim ignorantia ex genere eorum, quæ in ani-  
mo consistunt, qualia juramento probari debent, *c. 6. x. qvz*  
*matrim. accus. poss. MENOCH. de A. J. Q. cas. 186. n. 4.* nec  
post cognitionem deflorationis Maritus factus illi cohabi-  
taverit, alias hæc carnalis cohabitatio remissionem injuriæ  
operatur, *CARPZOV. d. l. d. 198.* Non autem ratione sponsi,  
cum nulla injuria ex insitione stirpis alienæ a parte sponsi,  
qui foeda libidine antea se contaminavit, familiæ sit metu-  
enda. Et licet castitas in viro pariter ac uxore desideretur, ac  
iniquum sit, maritum ab uxore pudicitiam exigere, quam  
ipse



Ipsemet non exhibeat; attamen in foemina libido multo foedior est, quam in viro, laesaque pudicitia omnis in foemina virtus ruit: *CARPZ. p. 4. c. 20. d. 13.* nisi sponsus post sponsalia sit fornicatus: *Id. CARPZ. in Jpd. Eccl. l. 2. d. 186.* Et demique 3) mutuus sive reciprocus, *c. un. c. 30. qvæst. 2.* id quod ex natura hujus negotii per se patet, ita ut ulteriori deductione non sit opus.

§. VI.

Perspectis illis, qui affectum conjugalem declarare possunt, nunc progredior ad eos, qui apti sunt ad Concubitum. Apti autem ad concubitum habentur, qui justam habent ætatem, nec vitio aliquo corporis congressum impedi-ente laborant. Illi sunt, qui puberes existunt i. e. qui, si Masculini sint, annum 14. sin vero foeminae, annum 12. impleverunt, *pr. J. de nupt. Et pr. J. quib. mod. tut. fin.* Quod tamen non ita est intelligendum, ac si pubes statim etiam eo anno matrimonium consummare debeat, sed indicatur solum tempus, a quo pro habili quis judicetur. Hi vero sunt, qui Potentia coeundi destituuntur. Destituuntur autem hac potentia in genere omnes frigidi & maleficiati, *t. t. x. de frigid. Et malef. in specie vero ratione masculinorum castrati, thlibia & thlasia, l. 39. §. 1. ff. de Jur. dor. l. 128. ff. de V. S. non tamen Spadones l. 9. pr. ff. de lib. Et post hunc.*

§. VII.

Sed quid de Hermaphroditis, quos *MARTIALIS* more suo haud invenisse ita describit:

Maclusus intravit fontès, emerfit utrumqve,  
Pars est una Patris, cætera Matris habet:

an & illi pro personis habilibus, quæ ad congressum aptæ sunt,

sunt, æstimandi veniant? Respondeo: quàmvis ejusmodi personis magis dissuadendum sit matrimonium, maxime cum eo inito multa accidere possint, quæ peccato adulterii fenestram aperiunt, unde etiam Consistoria Rescriptis suis hanc clausulam inserere soleat: *Begehren derowegen ic. ihr wollet beyden Theilen und ihren Eltern vor euch zu erscheinen auferlegen lassen / ihnen ihre Gebrechen und grosse Gefahr absonderlich vorhalten / und Fleiß anwenden / ob sie von ihren Vorhaben in guten abzustehen sich erklären möchten &c.* Attamen quando Hermaproditus instanter suum desiderium urget, ut in habilis repelli nequit. Quo tamen casu necesse est, ut præcedat h) inspectio Corporis & accurata, uter sexus in illo prævaleat, exploratio. *l. 10. ff. de stat. homin.* quæ inspectio, si masculinus sexus prærendatur, committi solet Medicis atque Chirurgis: Sin autem foemininus, præter hos etiam obstetricibus. 2) Abjuratio alterius sexus, quando æque validus deprehenditur. Quare sexum illum sub gravi poena postmodum mutare nequit, quamvis si hoc faciat, abstrahendo a juramento præstito, quod jus positivum requirit, illum in Conscientiâ non peccare erodam.

#### §. VIII.

Hæc de habitudine naturali. Quod legalem attinet, requiritur; ut personæ conjungi non prohibeantur, *Sie sollen nicht zu nahe ins Geblütthe heyrathen.* Prohibentur autem quædam conjungi, vel ob Consanguinitatem vel ob affinitatem, vel denique ob aliam honestatis rationem. Ob consanguinitatem prohibentur in linea recta omnes ascendentes & descendentes in infinitum. In linea autem collateralis prohibentur primo omnes illæ personæ, ubi adest respectus parentum; Deinde jure divino positivo & Civili, personæ primi gradus tantum computationis scilicet

licet Canonica, jure Canonico usque ad quartam, & jure Sax. ad tertium usque gradum linea inæqualis. Ob affinitatem itidem omnes illa prohibentur, quæ prohibita sunt in Consanguinitate, cum persona addita eodem gradu cum illa cui addita est, gaudeat. Denique ob quandam honestatis rationem conjungi prohibetur, v. g. filius cum sponsa Patris, juxta §. 9. *J. de nupt.*

§. IX.

Secundum requisitum justarum nuptiarum est consensus parentum, quem liberi debent expetere. Quamvis autem jure Civili hoc solum ad Liberos in potestate patriæ adhuc existentes spectet, *l. 2. ff. de R. N.* qui etiam solius patris consensus opus habent: Jure tamen Saxon. quod & alii sequuntur, indistincte omnes liberi sive sint emancipati, sive non, consensum tam Patris, quam Matris propter reverentiam, quæ utrique æque debetur, requirere debent. *Churs. Sächs. Ehe-Ordn. tit. von Ehegelübnißten in pr. ubi Es sollen sich keine Kinder / Söhne oder Töchter / was Alters die seynd / ohne Vorwissen und einwilligung ihrer Eltern / als des Vatern der Mutter / und da die nicht vorhanden / des Groß Vaters und der Groß Mutter verloben. CARPZOV. l. 2. Jpa. Eccl. d. 44. §. 49.* Qui consensus adeo necessarius est, ut etiam nuptias debeat præcedere, *pr. J. de nupt.* Atque hinc est, quod si quis nuptias sine parentum suorum Consensu contraxerit, illi autem postea eas rati habeant, ista rati habitio hæc nuptias non a tempore, quo contractæ, sed quo ratificatæ sunt, reddat legitimas. Nec obstat, quod rati habitio tantum operetur, quantum ipsum mandatum; quia hoc solum procedit in iis negotiis, ubi consensus ad essentiam & formam non requiritur, qui cum in nuptiis ut formale requiratur, sequitur, quod etiam istud formale per æquipollens adimpleri neque-

er. Infas, atqui in mandato consensus etiam ad formam  
ejus pertinet, & tamen rari habitio idem præstat ac manda-  
tum? Sed respondeo: Magna hic adest differentia ratio, si-  
quidem in contractu mandati nullibi reperitur dispositum,  
quod consensus illum debeat præcedere, quod tamen ex  
presse cautum legitur de nuptiis, *d. pr. J. de Nupt.*

§. X.

Tertium denique requisitum ex nostris moribus est  
benedictio Sacerdotalis, quam tamen præcedere solet pu-  
blica e suggestu proclamatio, eaque regulariter trina post  
interpositam semper septimanam, & quidem tam in loco  
habitationis, quam etiam nativitatis & educationis pera-  
genda, da müssen sich die neuen Verlobten drey Son-  
tage nacheinander vor der Copulation von der Eangel  
öffentlich lassen auffbiethen/ hunc in finem, ut, qui volue-  
rit & etiam valuerit, legitimum impedimentum queat op-  
ponere, Churfürstl. S. Ehe. Ord. de anno 1624. Punct. 3.  
von der Copulation und Hochzeit. verb. Es sollen aber  
die Verlobten &c. nisi superior, quod in Electoratu no-  
stro Seren. Elector per Consistorium supremum facit, circa  
eam vel plane omittendam, vel contrahendam dispensa-  
verit. *CARPZ. Jpr. Eccl. l. 2. d. 139. §. 140.* Quod si nunc pro-  
clamatio rite facta est, tunc impediturus matrimonium  
non amplius auditur, licet etiam benedictio nondum sit  
secura nisi juret, se proclamationem ignorasse. *BERL. p. 7.  
Dec. 76.* ubi anno 1613. M. Octobr. ad requisitionem G. N.  
ita pronunciatum fuit. Habt ihr euch mit E. M. mit der-  
selben Eltern Wissen und Willen verlobt / und Christ-  
lichen Gebrauch nach zu dreuen unterschiedenen mah-  
len in der Kirchen öffentlich auffbiethen lassen / und es  
hat sich nach beschehenen dritten Auffbeoth / als ihr euch  
mit gedachter E. M. von dem Priester in öffentlicher  
Ver-

Versammlung trauen lassen wollen / H. H. angegeben /  
und bey euer Braut einen Einspruch thun wollen / so ist  
er damit nicht zu hören / er wolle denn schwebren / daß  
er von solchen Aufgebothe nicht bes gewußt. In solchem  
Fall wird er billig zugelassen / D. R. W.

S. XI.

Hanc proclamationem excipit deinde dicta benedi-  
ctio sacerdotalis, quæ in eo consistit, quod Minister Eccle-  
siae personas desponsatas copulet, iisque benedicat, ut de  
matrimonio rite celebrato eo melius constet. Quemad-  
modum autem ea regulariter coram facie Ecclesiae, nisi di-  
spensatio Principis, quæ in Electoratu nostro itidem a Con-  
sistorio supremo est impetranda, ut in privatis ædibus fiat,  
accedat, peragi debet: Ita etiam quolibet tempore, excepto  
adventus & quadragesimarum tempore potest obtineri.  
*CARPZ. c. l. d. 144. §. 151.* Est autem hæc benedictio nostris  
constitutionibus adeo necessaria, ut citra poenam arbitra-  
riam omitti nequeat, *Churfürstl. S. Kirchen-Ordn. Art.*  
*gen. 13.* quæ si omissa fuerit, adhuc erit facienda, uti tali in  
casu Consistorium Electorale Supremum anno 1616. M.  
Mart. respondit: Ob nun wohl vorerwehnter M. Z. mit  
euer Tochter etliche Jahr lang sich als Eheleute began-  
gen / dafür einander gehalten / auch Kinder mit einan-  
der gezeuget / dieweil aber gleichwohl eurem Berichte  
nach / er weder mit derselben getrauet / noch Hochzeit  
kenahls gehalten / und gleichwohl allein durch die Prie-  
sterliche Copulation und Einsegnung die Ehe vollzoget  
wird / und ohne derselben keine ehrlliche Beywohnung  
vor eine rechtmäßige Ehe zu halten. So kan dabero  
noch zur Zeit euer Eydam vor keinen ehrllichen Ehe-  
mann / noch eure Tochter vor sein Eheweib geachtet /  
und genennet werden / sondern sie seyn die Ehe noch

B 2

kenahls

mable durch Priesterliche Copulation zu vollziehen.  
Schuldig. D. N. D. PHILIPP *in usu pr. Inst. l. a. Eccl. 68.*

CAP. II.

§. I.

**V**iso officii maritalis fundamento nunc ad subjectum tam activum, quam passivum pergimus.

§. II.

Subjectum activum s. persona, quæ hoc officium, præstare debet, est maritus, qui per justas nuptias fœminam sibi junxit, sive sit plebejus, sive in aliqua dignitate constitutus. Sed quid si maritus est persona illustris & fœminata minus nobilem ducit, quæle matrimonium accedentibus certis pactis, de quibus *z. F. 29. MYLER, Gamol. c. 6. §. 2.* ad Morganaticam dicitur, an ad hoc officium uxori præstandum teneatur, non immerito quæritur? Et Respondeo, quamvis primo intuitu propter inæqualitatem personarum hoc negandum videatur: cum tamen talis conjunctio verum & legitimum sit matrimonium, suis essentialibus requisitis haud destitutum, consequens est, quod etiam ejusmodi Maritus ad prædictum officium uxori exhibendum sit obstrictus. Pacta enim quæ huic matrimonio adjiciuntur, non respiciunt ejus substantialia, ex quibus tamen officium maritalis oritur, sed saltem accidentalia, adeoque possunt quidem illud alterare, non autem aliud reddere, atque sic prorsus immutare.

§. III.

Subjectum passivum sive persona, cui officium maritalis præstandum venit, est uxor, quæ præcedentibus nuptiis legitimis viro est conjuncta. Neque hic aliqua differentia est facienda inter uxorem ejusdem cum marito religionis

gionis & diversa, inter probam & malam, inter divitem & pauperem &c. cum ejusmodi qualitatum diversitas effectus matrimonii tollere, vel ad minimum impedire non possit. Sicuti quoque pronunciatum est in casu, quo uxor religionem Evangelicam assumere volebat, a Consistorio hic Lipsiæ ad requisitionem M. C. D. Superintendentis Oelsn. M. Jan. 1650. *Weil die Ehe einmahls vollzogen/ so hat er ihr auch deshalb weagen / daß sie nicht Lutherisch werden will / die ehliche Pflicht nicht versagen. B. X. B.*

CAPUT. III.

§. I.

**T**antum de subjecto officii maritalis: Sequitur ut paulo propius ad illud ipsum accedamus, & ordine consideremus, in quo illud consistat. Cernimus autem, quod hoc officium sese exerat vel in vita, vel post mortem. Quod in vita, quousque scilicet maritus vivit, sese exerit, est vel generale, vel speciale.

§. II.

Officium mariti generale consistit in eo, quod præter exhibitionem amoris leniter erga suam uxorem sese gerat, juxta monitum D. Petri, qui præcipit, quod viri Mulieribus cohabitare debeant cum ratione, & illis tanquam infirmiori vasculo honorem tribuere *1. Petr. III. 7.* Quod idem etiam vult Paulus ad *Col. III, 19.* Viri diligite uxores & nolite amari esse in illas. Probe enim perpendere debet, quod ipse & uxor sint una Caro: nemo autem carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit & fovet illam. *Ephes. 5. 29.* Et licet marito tam divino, quam humano jure imperium in uxorem comperat. *Gen. 3. 16. c. 4. 11 12. 14. 15. & 17. Cauf. III. q. 1. s. l. 196. pr. ff. de V. S. l. 22. pr. C. qui potior in pign. l. 57.*

*pr. ff. de donat. int. vir. QX. l. 1. art. 31. & l. 3. art. 45. Illud tamen exercendum est amore & prudentia, nec cum serua, sed ut cum Socia. l. 1. ff. de R. N. l. 4. C. de Crim. expil. hered.*

S. III.

Amor ergo conjugali e Diametro repugnat nimia mariti in uxorem austeritas, si sc. ad levissima uxoris delicta statim fulmina crepare minatur. Quod si autem uxor forsitan erraverit, aut quicquam fecerit, vel dixerit, quod Marito displiceat, corrigat illam secundum monita *JOH. LUD. VIVIS in tr. de officio Mariti cap. 9.* „Blandis atque molli-  
„libus verbis, eamque reprehendat non impetu sed judi-  
„cio, non præfervide sed sensim & subfrigide, nihil indul-  
„gendo affectibus, sed charitati ejus, quam cupit esse me-  
„liorem. Maxime autem observet locum & tempus, ne  
„increpandi ardore actus foede uxorem sugillet & aliquid  
„inconsultius apud extraneos, aut etiam familiaris effutiat,  
„quod uxoris animum in perpetuum perstringat. Brevem  
„denique oportet esse mariti reprehensionem & velut ictui  
„præceleri simillimam. Nam diutina objurgatio & incre-  
„patio non multum ab hostili abest dissidio, quæ amorem  
„illum conjugalem refrigerat, & affectus in longum tem-  
„pus exasperat, convictusque & consuetudinis suavitatem  
„rixis atque acerbitate commutat. Addenda quoque est  
„reprehensioni ratio, cur Marito non probetur, quod ver-  
„tat vitio, ut ea, & persuadeat in præsens, & impostertum  
„cum sit opus, meliorum admoncat.

S. IV.

Sin vero uxor pravæ indolis est, & mariti reprehensionem ambizioso fastu contemnit, refractariaque manet, tunc etiam marito realis permittitur castigatio. *Nov. 117. cap. 14.* Verba enim cum destituuntur suo effectu, effrenis uxorem malitia atque contumacia verberibus expelli-  
de.



debet. Quæ tamen castigatio, ut moderata sit, requiritur. Licet itaque marito, exigente id necessitate, uxori sive a-  
lapas infligere, baculo percutere, vel etiam circumstantiis  
hoc ita ferentibus in vincula privata ponere *CARPZ. Pr. Cr.*  
*quæst. III. n. 83. vid. BRUCKN. in Decis. Jur. matrim. c. 25. n. 14.*  
qui dicit: Recordor etiam a Consistorio ipso maritis qui-  
busdam simplicioribus & timidioribus, quorum patientia,  
uxores abutebantur, exercitium hujus juris inculcarum,  
quin & contra uxores furto, ebrietati & aliis vitiis indul-  
gentes jus carcerum privatorum, coeteroquin prohibitum,  
concessum, & uxores inspectioni & directioni Maritorum  
suorum relictas & commendatas esse.,

§. V.

Caveat autem Maritus, ne ullam atrocitatem adhibe-  
at, sed prudenter castigationis limites custodiat. Unde si  
maritus uxorem suam vel sine sufficiente causa, vel etiam  
supra modum verberibus affecerit, non tantum divortium  
quoad thorum & Mensam concedi. *CARPZ. l. 2. Jpd. Ech.*  
*d. 211. sed etiam portione statutaria privari, ID. p. 3. c. 26. d. 6.*  
insuperque pro arbitrio Judicis & ratione excessus carcere,  
relegatione, nonnunquam etiam fustigatione, præsertim  
si mors insequatur, puniri potest. Quod ultimum poena-  
rum genus duobus abhinc annis militi præsidario Dresdæ  
a Scabinatu Lipsiensi decretum fuit, cujus sententia teno-  
rem hic adicere placet. Als ihr uns angebrachte Rü-  
ge eingezogene Erkundigung des Medici und Wund-  
Aerzte Bericht / verfassete Inquisitional-Articul, M.M.  
darauff gethane Antwort / eßlicher vermittelst Endes  
abgehörter Zeugen Aussage / angestellte confrontation,  
wie auch der Medicinischen Facultät Gutachten bene-  
benst einer Frage zugeschicket / und euch des Rechts  
darüber zu belehren geberthen hab / demnach sprechen  
wie

Der Churfürstl. Sächs. Schöppen zu Peltzig vor recht.  
Hat M. M. ein Musquetierer unter der Chur-Fürstl.  
Guarde / als er Articuls. weiß vernommen / in guten  
gestanden und bekant / daß er sein Ehe-Weib am 25.  
Sept. nechtlichin dar um / daß sie seinen Begehren nach /  
die von ihm vor der Thüre auffgehangene Selt zu recht-  
ter Zeit nicht abgenommen / zweymahl / und denn den  
26. ejusd. gleichfalls zweymahl mit der Faust ins Ge-  
sichte geschlagen / worauff sie nach ehtlichen Stunden  
mit dem Schlag befället worden / auch den 29. besagten  
Monaths verstorben. Obnum wohl bey vorgenom-  
mener Besichtigung ein blauer Fleck über den linken  
Auge / ingleichen circa cerebrum geronnen Geblüth / so  
exruptura vasorum durch diese concussion sich eretznet /  
an der Verstorbenen befunden / und solche Verletzung  
prosimpliciter lethali von denen Medicis geachtet worden.  
Dieweil aber Inquisit zu einer zulässigen correction Ur-  
sach gehabt auch daraus und derer modo auff Erfol-  
gung des Todes nicht alsofort Vermuthung zumachen /  
und daher ein bößlicher Mord zu präsumiren / nach  
mehrern Inhalt der überschickten Inquisitionis Acten.  
So wird M. M. wegen dieses an seinem Ehe-Weibe be-  
gangenen excessus gestallten Sachen nach mit Statu-  
pen-Schlägen / oder weil er ein Soldat / abhauung et-  
wer Hand / derer er am besten entrathen kan / des Lan-  
des billig ewig verwiesen. B. N. B. Singulare est, quod  
si maritus uxorem adulteram una cum adultero in ipso actu  
interficiat, non ordinaria homicidii poena, sed quaedam ex-  
traordinaria coerceri debeat, cum indignatio & acerbissi-  
mus dolor, quem temperare vix ac ne vix quidem potuit,  
factum ejus revelet l. 38. s. 8. ff. ad L. Jul. de adulr. l. 4. C. cod.  
ibique BRUNNEM. N. 117. c. 15. CARLZ. p. 4. c. 10. d. 8.

s. VI.

§. VI.  
Speciale Mariti officium respicitur fidem conjugalem:  
2) redditionem debiti maritalis, 3) praestationem alimento-  
rum & 4) protectionem.

§. VII.  
Quod fidem conjugalem attinet, illa ut sit perpetua  
necessum est, cum ad tempus uxorem habere non liceat, id  
quod non tantum ex primæva matrimonii in paradiso insti-  
tutione, qua duo iubentur abire in unam carnem, *Gen. 2. 24.*  
sed etiam humanis Legibus satis abundeque probari potest.  
Quid enim Imperator noster Sacratissimus aliud innuere vo-  
luit, quam fidem istam perpetuam, cum matrimonium  
§. 1. *J. de P. P.* dicit individuam esse consuetudinem? Eadem  
mens quoque fuit *MODESTINO in l. 1. ff. de R. N.* ubi nupti-  
as appellat omnis, i. e. totius vitæ consortium. Hinc etiam  
matrimonium connubium dictum puro, quod scilicet con-  
juges simul nubant, & ob id una domo ac thoro, adeoque  
individua vitæ consuetudine quasi communi quodam vin-  
culo obducti ætatem simul agant. *GERHARD. in Loco de*  
*Coniug. §. 10. inf.* Nec dubium est, quin veteres etiam eo  
respexerint suis ritibus, quibus in desponsationibus usi fue-  
runt. Sic antiquitus post benedictionem conjuges uno  
vitæ vinculo invicem copulabantur, sub hęc significatu,  
ne compagem conjugalis unitatis dirumpant, seque auto-  
ritate divina conjunctos intelligant, non distinguendos ab  
invicem, nisi ejus nutu, qui copulam injecit. *ISID. l. 2. de*  
*Offic. Eccl. cap. 19.* Sic etiam hodiernum Turcæ novas nup-  
tas ocreis perplexis & corrigiorum in extricabilibus invo-  
lutionibus induunt, nexusque perpetui sponsum signo hoc  
admonitum volunt, *MENAV. in bistor. Turc.*

§. VIII.  
Graviter autem assertioni nostræ videtur obstare,  
quod

quod hanc fidem conjugalem per divortia iterum dissol-  
ve re legibus sit. permiffum. Verum enim vero, licet olim  
non tantum apud Judæos propter *συνθηποναρδιαν* eorum  
*Matth. XIX. 8.* sed etiam apud alias gentes ex levibus etiam  
caufis, fi v. g. uxor gravis marito esse cœperit, aut nares ha-  
buerit minus fccas, de quibus *JUVENALIS Satyr. 6.* ita  
teftatur:

Collige farcinulas, dicit libertus, & exi,

Jam gravis ex nobis, fcco venit altera nâfo.

Hæc fides rumpi potuerit, de quibus folemnitatibus apud  
Romanos vid. *l. 9. ff. de Divort.* Hodie tamen hoc non ni-  
fi ex duabus caufis, iisque fat prægnantibus, quæ funt adul-  
terium commiffum & malitiofa defertio, de quibus in fo-  
quentibus, permittitur *Matth. V. 32. 1. Cor. V. 15. CARPZ. in  
Jpfd. Eccl. l. 2. d. 189. & l. 3. d. 56.* Imo quando de perpetui-  
tate fidei conjugalis agitur, tunc non refpicitur ad eventum,  
qui interdum poteft contingere, fed ad intentionem con-  
trahentium. Unde fi adhuc hodie ex prædictis caufis ma-  
trimonium diffolvatur, illud præter votum contrahentium  
atque matrimonii naturam, adeoque ex accidenti oritur,  
cum quilibet cordatus atque Sapiens matrimonium eo ani-  
mo contrahat, ut infolubili nexu cum conjuge uniatur ex-  
emplo Anchifæ Venerem in thorum his verbis fecundum  
verfionem Latinam recipientis: Mea mulier vocaberis die-  
bus omnibus vitæ meæ, Homer. in hymno Vener.

§. IX.

Ex dictis itaque nunc fua fponfe fluit, quod maritus  
uxori fuæ & in profpera & in adverfa fortuna cohabitare,  
nec unquam pati debeat, quo ab illa divellatur, fi quidem  
nihil humanius, fideique conjugali magis confonum eft,  
quam

quam casuum fortuitorum conjuges ex æquo esse partici-  
pes, l. 22. §. 7. ff. sol. matrim. Maxime autem maritum de-  
bet in asperis rebus suæ uxori fideliter assistere, quippe quæ  
alioquin persona miserabilis et in schwaches Weib. Zeug  
ab ipso Spiritu Sancto 1. Petr. III. 7. vocatur. Et quis non  
miseretur uxorum propter obsequia, quæ maritis præstant,  
propter partus periculum ipsamque adeo Liberorum pro-  
creationem? Exclamat Imp. Justinianus in l. 12. §. 1. C. qui  
pot. in pign. Quod si ergo uxor forte ægrotet, vel impo-  
tentiam sustineat, aut etiam periculum suarum rerum su-  
beat, si maritus eam consilio destituere non debet, sed poti-  
us auxiliatrices manus eidem porrigere est obstrictus.

§. X.

Quæritur hic, an etiam Maritus teneatur sequi uxo-  
rem suam, quæ ob crimen aliquod relegari debet? Quam-  
vis autem tralatitium sit pœnas debere sequi suos Autores,  
nec metum ulterius progredi, quam reperiatur delictum,  
l. 22. C. de pœnis, adeo, ut maritus hac ratione merito uxo-  
rem delinquentem & jam pœnæ subjiciendam possit relin-  
quere, ne pœnam non promeritam simul luere opus habe-  
at: Nihilominus tamen sicut hæc regula etiam in aliis fallit,  
de quibus vid. Disp. Magnif. D. D. GEORG. TOB. SPENDINGEN-  
DOERFERI de pœnis th. 9. lit. b. ita nec in hoc casu propter  
jus conjugale & indissolubilem vitæ consuetudinem proce-  
dit, sed maritus omnino suam uxorem relegatam sequi de-  
bet; nisi necessitate quadam domi detineatur. Hac de re  
est expressus textus in cap. 2. x. de Divort.

§. XI.

Quod dictum fuit fidei conjugali omnino contrariari,  
C 2

si Maritus uxorem suam præsertim in rebus adversis consilio & auxilio destituat; illud multo magis dicendum est, si eam malitiose deserat, & nulla coactus honesta causa, sed vel levitate, vel impatientia freni conjugalis injusta ab illa eo animo decedat, ut redire, & cum ea in Consortio conjugali ulterius nolit vivere. Quid enim pejus hac desertione esse potest? Si quidem ex proæresi vinculum conjugale alias indissolubile, quantum in se est, dissolvere intendit, ut eo liberius foris possit vivere. Licet autem uxor deserta etiam post triginta annos propria autoritate alteri nubere non possit: Potest tamen adversus maritum deserentem processum desertorium instituere atque facere, ut a judice edictaliter in trium diversorum Dominorum territoriis durch einen öffentlichen Anschlag in dreyer unterschiedener Herren Landentribus vicibus, nisi aliud sit in observantia, uti hic Lipsiæ citetur, & quidem 1) ad respondendum, 2) ad alleganda impedimenta & 3) ad audiendam sententiam definitivam. Antequam tamen hic processus aperiarur, requiritur, ut præter id, quod uxor deserta interim caste vixerit, ante omnia de malitiosa desertione ejusque circumstantiis constet; quare conjux deserta a) per testimonium probet, se diligenter de marito inquisivisse b) doceat causam absentiam malitiosam & c) indicet, quamdiu Maritus absuerit. Quamdiu autem absens expectari debeat, ut locus sit huic Processui, illud arbitrio Judicis hodie relinqui debet, uti hoc videre est ex Rescripto Electoris Sax. CHRISTIANI II. ad Consistorium Lipsiæ d. 26. May Anno 1680. transmissio, ibi: *Begehren hiermit gnädigst/ Ihr wollet es künfftig also halten/ daß in casu malitiosa desertionis unter Ehe-Leuten das deserirte Theil nicht 7. Jahr nachwarten / sondern solches in arbitrio judicis gestellet / und also denn nach Verfließung eines ganzen Jahrs*

Jahres nach Gelegenheit der Fälle / die edictales Citati-  
ones auff des klagenden Theils Ansuchen ertheilet wer-  
den sollen. *CARPZ. l. 3. Juris prud. Eccl. d. 60.* Quod si ita-  
que maritus deserens non comparet, publicatur deinde  
prævia contumaciæ accusatione ab adversa parte facta, sen-  
tentia, quæ reus declaratur malitiosus desertor, atque sic  
conjugium autoritate publica dissolvitur, uxori vero de-  
sertæ copia matrimonium denuo contrahendi permittitur.

§. XII.

Hæc occasione quæritur, si Maritus redeat, utrum u-  
xor illum teneatur recipere? Distingunt Dd. utrum rede-  
at ante an vero post sententiam latam. De priori casu affir-  
matur quæstio, idque ex ea ratione quod vinculum matri-  
monii nondum sit solutum, nec desertor, qui redit ante sen-  
tentiam divortii pro malitioso desertore haberi possit, cum  
is proprie talis sit, qui publicis citationibus revocari se non  
patitur. De posteriori vero casu negatur ea, adeo ut de-  
serens plane non sit audiendus, sed in exilium mittendus.  
Quod tamen simpliciter ita accipi vix poterit, sed potius æ-  
quum esse puto, si maritus post sententiam redeat, & ab ea-  
dem appellare velit, quod omnino sit audiendus & ad de-  
ductionem gravaminum admittendus. *Excell. D. D.*  
*STRYCK. ad BRUNNEM. ius Eccl. l. 2. c. 7. §. 21. verb. si redeat.*

§. XIII.

Non tantum autem fides Conjugalis constans & per-  
petua, sed etiam incorrupta esse debet. Corruptur au-  
tem quam maxime adulterio (vocabulo hoc late sumpto)  
quo per intemperantiam marito thorum suum violat, adeo  
que ipsum matrimonium tollit, dum scilicet unitatem car-  
nis solvit, fidemque conjugalem evertit. Id quod in tan-  
tum verum est, licet etiam uxor per accidens causam adul-  
terio dederit, ut puta si maritum cohabitare non fuerit pas-  
sa,

sa, argumento eorum, quæ habet PROSP. FARINAC. *Oper. Crim. quest. 143. n. 12.* Quare etiam non tantum jure divino, sed & humano constitutum novimus, quod tali casu innocens uxor etiam post quinquennium *c. 8. c. 33. quest. 2.* possit petere, ut in torum a perfido suo Marito separetur, sibi autem permittatur cum alio noyum contrahere matrimonium. Quod etiam a judicio Ecclesiastico, tentata prius reconciliatione, sed frustra, consequitur modo tamen adulterium commissum prober. Quemadmodum Confistorium Lips. ad Superintendentem W. J. S. M. Majo 1677. rescripsit his verbis: Demnach wir uns des Raths zu E. eingeschickten / und aus denen zwischen E. U. und U. C. H. S. Ehe-Weibe daselbst ergangenen Inquisition-Acten extrahirten Gerichtel. attestatis und dießfalls eingeholten Urtheil vernommen / wie daß ermeldter U. mit besagten S. Ehe-Weibe Ehebruch und Ober-Hureren getrieben / auch dammenhero Urtheil und Recht ihm anfangs das Schwerdt zu erkant / nachgehends aber auff unterthänigstes suppliciren solche Todtes-Straffe vermittelst eines untern dato den 20. Jul. des 1674sten Jahres ergangenen Churfürstl. gn. Befehls in die Straffe des Scaupenschlages und ewige Landes-Verweisung verwandelt / auch solche Straffe an ihm den 28. Julit besagten Jahres auff vorhergegangene Urphede exequiret worden / uns aber U. Eh-Weib. M. daß wir sie der Ehe halber von ihm nunmehr lößzehlen wolten / in Schrifften angelanget / und wir ihren Sachen gestallten Sachen stat zu geben entschlossen; Als wollen wir Krafft dieses ermeldtes Ehe-Weib von ihren bißhero gewesenenen Ehe-Manne C. U. der Ehe halber hiermit entbunden und lößzehlet / ihr auch / dafern sie ohne Verlesung ihres Gewissens ausser dem Ehestande



stande zu leben nicht vermag/sich anderweit Christl. zu  
verheyrathen verstatet / und nachgelassen haben &c.

§. XIV.

Secundum officium mariti Speciale est redditio debiti conjugalís, cujus etiam admonerur ab Apostolo Paulo 1. Cor. VII. 3. idque ideo, ne finis matrimonii primarius deturbetur. Postquam enim Deus conjugium inter homines instituit, statim quoque mirandum mutui congressus desiderium utriusque Sexui implantavit, ut hac ratione humano generi videretur immortalitatem artificiose introducere. Pater ergo exinde, quod non tantum conditio perpetuæ abstinentiæ sit contra naturam matrimonii, adeoque non servanda. *COVARR. p. 2. c. 3. §. 1. num. 5.* sed etiam quam arctissime e contra ad debiti hujus præstationem maritus uxori suæ sit obstrictus, in tantum, ut mariti non sit uxori hocce debitum denegare, cum prolis suscipiendæ gratia foemina nupar, ipsique alioquin pudor sit præmia nuptiarum non habere. *c. 32. quest. 2. c. 1.* Atque hinc est, quod uxor hodiernum justam ob pertinaciter denegatum debitum diverterendi causam habeat, cum talis contumax denegatio malitiæ desertioni æqui polleat. Ita in causa H. S. uxori suæ per XIII. annos debitum denegantis pronunciavit Consistorium Lipsi. anno 1655. **Daß Klägerin gestalten Sachen nach von Beklagte hinweg wiederum billig geschieden/un da Sie ohne Verletzung des Gewissens außser dem Ehestande nicht bestehen kan/ thyr in andere Wege sich Christlich zu verehlichen / und die Ehe / jedoch ohne Geyränge / zu vollziehen verstatet / und nach gelassen / Beklagten aber ohne unsern vorbewußt und Einwilligung solches verbotthen wird / V. R. W. Neque denegationem hanc ullo prætextu excusare potest, forte ob nimium prolis multiplicationem, sed hac & simili causa non obstante nihil.**

hilominus ad præstandum suum officium obligatus manet.

§. XV.

Sed quid si uxor sit leprosa, quæritur, an Maritus, qui adhuc sanus est, sese ab hac obligatione possit liberare? Respondeo, hoc in casu omnino æquum videtur, maritum ad amplexum conjugalem non posse cogi, non tantum, ne ipse, sed etiam ventura proles eadem contagie inficiatur, D. D. MULLER in *Disputat. de frigusculo. cap. 3. tb. 10.* Licet autem nunc in aprico sit, maritum ad concubitum jure connubiorum uxori suæ teneri, ipsa tamen natura simul svadet, non esse more beluino in venerem quamvis licitam, prouendam, sed rationem honestatis maxime habendam, cum in conjunctionibus non solum quid liceat, sed & quid honestum sit, considerandum veniat, *l. 197. ff. de R. J. l. 14. §. 2. & l. 42. ff. de R. N. vide omnino cap. 5. caus. 232. q. 2. §. IV.* Unde etiam CLAUDIANUS in 4. Consul, Honor, canit:

comprime motus.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit  
Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

§. XVI.

Tertium speciale mariti officium consistit in alimentorum præstatione *l. 22. §. 8. ff. sol. matr.* Quid autem nomine alimentorum veniat edocet nos *l. 43. 44. & 234. §. 2. ff. de V. §.* ubi ingenere ad alimenta omnia illa referuntur, quæ ad vitæ humanæ sustentationem sunt necessaria, & sine quibus quis vivere aut corpus ali nequit. Commode autem hæc generalitas ad tres classes revocari potest, quarum prima continet nutrimentum, secunda cultum corporis teriorem, & tertia habitationem. Ad illud pertinent cibaria quo nomine non solum panis, carnes & reliqua edulia pro qualitate & conditione personæ, sed etiã potus, vinũ atq;  
cere-

cerevisia, imo & ipsa vasa, quibus ad potandum utimur, intelliguntur. Medicinas quoque, hoc est, omnia, quæ vel conservanda vel restauranda valetudinis ergo necessario impenduntur, huc recte referri & uxori præstanda esse, verior & communior Dd. est sententia. Sub isto comprehenduntur quæ corpus tuentur & ambiunt, ut vestimenta cujuslibet generis & materiæ, quoties scilicet & qualia mariti conditio, quam uxor sequitur, locus, tempus & usus exigati. Et denique ad hanc spectant non tantum ædes, sed etiam omnia suppellectilia, ut mensæ, scamna, pelves candelabra, Lucernæ, Candelæ, item ligna ad calefaciendum hyemali tempore hypocæustum, & coquendos cibos necessaria, idque genus alia. *H.A.H.N. ad W. sub tit. ff. de alim. Leg. n. s.*

§. XVII.

Ad hanc itaque alimentorum præstationem Maritus non tam ob dotem, ejusque fructus, quos in compensationem onerum matrimonialium alias percipit, quam ob arduissimam conjugalem necessitudinem & obsequia, quæ ipsi vitæ socia exhibentur, est obligatus, *l. 22 §. 8. ff. sol. matrim. STRUP. S. J. C. Ex 29. tb. 56. & Ex 30. tb. 5. H.A.H.N. ad W. de R. N. num. 6.* Id quod procedit non tantum quousque uxor apud maritum commoratur, sed etiam quando ab eodem quoad mensam & thorum separatur, siquidem licet conjuges tunc separatim habitent, durat tamen inter ipsos causa alimentorum, nempe vinculum matrimoniale. *CARPZ. l. 2. Jurispr. Eccl. d. 213. num. 4.* cum & maritus facta hac separatione non solum usumfructum bonorum illatorum de Jure Sax. retineat. *Id p. 3. c. 26. d. 19.* sed etiam in portione statuaria post mortem uxoris succedat. *Id. in Jpd. Eccl. l. 2. d. 215.* **Quemadmodum Consistorium Lips.**

D

M. Sept.

M. Sept. 1622. hifce formalibus pronuncia vit: Ob nun wohl  
Krafft angerogter in Confiftorio publicirten Urthel/ ihr  
wegen verübter Saecritien an euren Weibe von Tische  
und Bette geschieden/ auch niemand wegen seiner ange-  
führten Schuld und begangenen Mißhandlung einen  
Vorthell oder Gewinnst suchen oder hoffen kan. Den  
noch aber und diewell weder die Geistliche noch Landt-  
bliche Sächß. Rechte dem Ehemanne die Succession  
auffn Fall eines tödtlichen Abgangs benehmen / auch  
wie obgedacht / in Saecritien Sachen die Ehe zwischen E-  
heleute nicht gänglich auffgelöset/ un zertrennet wird/  
so wird euch auch die Succession in portione statutaria, wels  
che einem Manne nach Absterben des Weibes/ des Dats  
zu Eyleburg verordnet ist / auff begehenden Fall bil-  
lig gestattet / und vergönnet / B. N. W. Modo tamen  
hac separatio ex culpa mariti facta sit. TRENTACINQU.  
var. Resol. 1. resol. 1. de aliment. num. 32. coeteroquin, si ipsa  
uxor in culpa fuerit, tum alimenta a Marito petere non pot-  
est. CARPZ. Jurispr. Eccl. d. 213.

§. XIX.

Quid autem si in hoc separationis casu Maritus loco  
alimentorum uxori suæ bona illata velit restituere, utrum  
sit audiendus? Respondeo, videndum est, an bona uxoris  
ad alimentationem futuram sufficiant, nec ne? Priori casu  
nullum est dubium, quin maritus hoc facere, & in vicem  
alimentorum illata possit reddere. Posteriori vero casu  
restitutio non procedit, nisi supplere velit, quod annua a-  
limentationi deest: Quod tamen prudentis iudicis arbitrio  
relinquendum mihi videtur. D. D. BARDILLI in Disp. de Se-  
parationis cohabitatiõnis th. 35. Electio tamen, utrum alimen-

ta praestare, an vero illata velit restituere est penes maritum  
in tantum ut illa ab uxore non possit ipsi auferri, quod &  
Dni. Consistoriales Lips. M. Sept. 1622. suo approbarunt pro-  
nunciato hisce formalibus: Dennoch aber und dieweil  
durch Ehe-Scheidung von Tisch und Bette wegen der  
Savien das Band der Ehe nicht cassiret/ und auffgehoben  
/ und die Mitgiffte allein in denen Fällen/ da die E-  
he gänglichen getrennet ist/ dem Weibe restituiret und  
aus geantwortet werden soll; So seyd ihr auch dahero  
und nach fernerer bewehrter Rechts. Lehrer Meinung/  
euren Weibe die euch zugebrachte Güter zu übergeben/  
und völlig auszuantworten nicht verbunden/ sondern  
ihr seyd des ususfructus possess und administracion euch  
anzumassen und dieselben pfleglichen zu nugen und zu  
gebrauchen wohl befugt / iedoch hingegen mehr gedach-  
ten euren Weibe auff Moderation und Erkantnis der  
westl. Obrigkeit nothdürfftige Alimentation und Un-  
terhaltung zu schaffen schuldig. B. R. W. vid. CARPZ.  
l. 2. Juris pr. Eccl. d. 214 Quid autem respectu alimenta-  
tionis post mortem mariti, usque dum id, quod ex hujus fa-  
cultatibus uxori superstiti jure debetur, sit solum, obti-  
neat, expofesso, ut ita loquar, pertractavit Excell. D. D.  
GODOF. NIC. ITTIGIUS. Patronus meus honoratissimus,  
in Disp. de Vidua, usque dum ipsi satisfiat, ex mariti bonis  
sustentanda.

§. XIX.

Dictum fuit, Maritum teneri ad alimenta uxori suae  
praestanda, quorum nomine illi quoque tacita in omnibus  
mariti bonis assignatur hypotheca. Obstare quidem vide-  
tur, quod causa alimentorum tantum gaudeat privilegio

personali juxta c. 28. p. 1. s. Ferner sollen ic. verum puto  
hoc procedere tantum in iis alimentis, quæ simpliciter, non  
autem respective debentur. Jam vero constat nostra ali-  
menta, de quibus hic agimus, omnino respectu conjugii,  
doris & bonorum paraphernalium præstanda esse, adeoque  
jure meritoque tacitam mereri hypothecam, CARPZ. p. 2.  
c. 28. d. 152. STRUV. S. J. C. Ex. 26. tb. 14. Quod si autem ma-  
ritus uxori alimenta deneget, tunc non tantum a judice re-  
mediis coactivis durch Zwangs-Mittel eo potest adigi,  
ut necessariam sustentationem illi procuret, sed etiam si  
contumaciter perseveret, & contingat uxorem ex defectu  
alimentorum decessisse, eo casu lucro doris & mobilium  
privari debet, sicuti Domini Scabini Lipsi. in causa H. L. zu  
W. M. Febr. 1630. pronunciarunt, quorum verba fuerunt:  
Indem er sich / wie einen ehrliehen Manne gebühret /  
seines Weibes nicht angenommen / noch dieselbe mit  
nothdürfftigen Unterhalt und alimenten versorget / sie  
in Kindes-Nöthen und Krankheit ohne Wartung  
liegen / ihr auch nicht das heilige Abendmahl reichen /  
sondern sie hilflos sterben lassen / aus welcher Ursa-  
chen denn sonst ein Ehegatte seines Succession-Rechts  
zu priviren ist, &c. CARPZ. p. 3. c. 26. d. 5.

S. XX.

Quartam denique & ultimum Speciale Mariti officium est protectio atque defensio, quæ respicit partim personam uxoris, partim etiam ejus bona, siquidem præter alias causas dubio procul & propter hanc matrimonium iniit, ut secura sub Mariti protectione posset delitescere. Neque hæc protectio æquiritatis ratione destituitur, cum ideo natura unum Sexum robustiorem fecerit, alterum imbecillio-

cilliozem, ut hic ad custodiendas res propter timorem, illa propter fortitudinem ad propugnandum magis esset idoneus. ARISTOT. *Oeconom* l. 1. cap. 3.

§. XXI.

Quod itaque protectionem ratione personæ uxoris concernit, defendenda illa est ab omni vi atque injuria, quocumque etiam modo facta, cum per consequentiam ejusmodi injuriæ in ipsum maritum redundant, siquidem toties & nobis ipsis fit injuria, quoties illi, qui nostro affectui sunt subjecti læduntur, l. 1. §. 3. ff. *de injur.* Potest ergo maritus æque ac uxor injuriantem actione injuriarum convenire, atque illatam injuriam ita vindicare, ut hac ratione duplicem poenam sustinere debeat. Et licet uxor illatam injuriam injurianti remiserit, non tamen potest marito hac remissione præjudicare, siquidem maritus in uxoris pudore propriam injuriam pati, eandemque postea etiam vindicare censetur l. 2. C. *de injur.* ibique BRUNNEM. PHIL. *ad Insf.* l. 4. *Eccl.* 29. Quod autem protectionem ratione bonorum uxoris attinet, mariti est, ipsius bona, siue sint dotalia, siue paraphernalia, quæ conservari salva publicæ interest, l. 1. ff. *sol. matr.* tueri, atque ab omni damno, quæcumque fieri potest, immunita præstare. Uno verbo: Maritus hic se gerere debet, ut tutor vel Curator, quippe, qui etiam præsertim jure Sax. talis fit post celebratas nuptias §. R. l. 1. *Art.* 37. §. l. 3. *Art.* 45.

§. XXII.

Hæc de officio maritali, quatenus illud in vita sese exerit, dicta sunt. Restat, ut nunc etiam dicamus de eo, quod

quod post mortem uxoris exhibendum venit. Hoc autem  
consistit in eo, quod uxor 1) sit sepelienda, & 2) iugenda.

§. XXIII

Officium mariti respectu sepulturæ est, quod uxorem  
defunctam honeste sepeliri sit sollicitus. Quæ honestas in  
eo potissimum conspicitur, ut ceremoniæ ac ritus pro-  
jusque loci consuetudine & conditione mariti receptæ ad-  
hibeantur. Quæritur autem, an etiam præstatio sumptu-  
um, qui in funus uxoris impendi debent, ad officium mari-  
ti pertineat? Et Resp. affirm. si sc. defuncta uxor nulla o-  
mnino bona, nullos etiam heredes reliquerit, ne si corpus u-  
xoris jaceret in sepulchro, hoc in ipsius injuriam vergeret,  
*l. 28. ff. de relig. & sumpt. fun.* Quod si autem bona relique-  
rit videndum utrum sint dotalia an paraphernalia; Si dota-  
lia, distinguendum puto, utrum maritus ea lucretur, nec  
ne? Priori casu, si bona dotalia maneat apud maritum,  
reliqua autem hereditas ad patrem, vel alios consanguine-  
os veniat, ad sumptus funeris pro rata tantum maritus tene-  
tur, v. g. si dos sit 100. hereditas autem 200. tunc duas par-  
tes heres, unam vero maritus sustinet, *l. 22. & 23. ff. eod.* Pos-  
teriori autem casu, quo maritus dotem restituere est ob-  
strictus, hactenus quidem hos sumptus facere debet, eos  
tamen postea Socero vel etiam alii dotem repetenti impu-  
tare, atque sic tanto minus restituere potest, siquidem dicti  
sumptus habentur instar æris alieni, quod ante omnia est  
deducendum, *l. 17. & 18. ff. eod.* Sin autem bona sint para-  
phernalia, tunc quia jure civili ejusmodi bona post mortem  
uxoris ad maritum non spectant, æquum etiam est, quod  
propterea nullum quoque onus ferre debeat, nisi jure Præ-  
torio ad bonorum possessionem, unde vir & uxor perveni-  
at



at, l. m. ff. unde vir. & ux. aut speciali conventionione in pa-  
ctis dotalibus aliud sit initum. Quod autem jus Sax. atti-  
net, illo jure quia maritus est heres mobilis bonorum  
tam dotalium, quam paraphernalium uxoris suae defunctae,  
itidem una cum heredibus bonorum immobilium sum-  
ptus funeris pro parte exsolvere est obstrictus, CARPZ. p. 3.  
c. 25. d. 19. ubi in fine hoc confirmat sententia Dn. Scabino-  
rum Lips. in causa J. E. & C. H. zu Colleda M. April. 1630.  
pronunciata, in verbis: **Das die Kosten so auff des Wets  
bes Begräbnis auffgewendet worden / der überlebena  
de Ehemann / und die Kinder zugleich pro rata der er-  
langten Erbschafft und mobilien abzutragen verbun-  
den / B. R. W.**

### §. XXXIV

Denique etiam marito incumbit, ut uxorem defun-  
ctam decenter lugeat. Licet autem Maritus nulla lege ex-  
pressa neque divina neque civili Justiniana ad luctum obli-  
getur. vid. l. 9. pr. ff. de his qui not. infam. attamen omnino  
aequum est, ut per aliquod tempus a novis nuptiis absteineat,  
cum alias sincero amore defunctam, cujus memoriam sta-  
tim a morte ipsius deponit, vix amplexus videatur. Quan-  
tum vero tempus maritus expectare debeat, illud in provin-  
ciis Electoratus Sax. per Ord. matrim. de anno 1624. Punct.  
7. est definitum. Dicitur enim ibidem: **Was endlich Witt-  
ber und Wittben anbelanget / so anderweit zur Ehe  
schreiten wollen / erfahren wir / daß etliche ihrer abge-  
storbenen Ehegatten altzu zeitlich vergessen / und mit  
Ergernuß wiederumb zum Ehestand eilen &c. So wols  
ten wir / daß hinführo ein Wittber zum wenigsten ein  
halb Jahr die Trauer-Zeit halte / und für Ausgang  
des**

bessellen sich wieder zu verheblischen oder Hochzeit anzue  
stellen nicht Macht haben soll.

§. XXV.

Atque hæc sunt, Lector benevole, quæ tibi impræ-  
sentiarum exhibeo. Equidem constitueram hanc materi-  
am paulo plenius pertractare, verum tempore exclusus fi-  
lum hic abrumpere cogor. Deo interim sit Laus, honor  
& gloria pro concessis viribus, quem ulterius ardentissime  
rogamus, ut nostris studiis & cæteris actionibus clementer  
velit benedicere propter Christum nostrum Salvatorem,

Tantum!



00 A 6429


ULB Halle 3  
002 928 54X




sb.

VO 17







33.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**OFFICIO MARI-  
TI ERGA SUAM  
UXOREM,**

Von  
Der Pflicht und Schuldigkeit eines  
Ehe-Mannes gegen seine  
Ehe-Frau/

Quam

AUTORITATE SUPERIORUM  
PRO LICENTIA  
**GRADUM DOCTORIS**  
in utroque Jure consequendi

publico Eruditorum Examine submittit.

H. L. Q. C.

**JOHANNES CHRISTIANUS König/**  
Ossatiensis.

LIPSIÆ, Recusa 1710.

34

